



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Corolla, in qua ter Oratio Dominica, & duodecies Salutatio Angelica
repetitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

paræque deprecatione concessam, in coronæ recitandæ pietate persistens, effæta iam ætate, perceptis Ecclesiæ sacramentis in Burgo sancti Sepulchri demortuus est; cumque ad exequias (quæ eius erat sanctitatis opinio) veneris plane populus accurrisset, quidam in oratione vidit in spiritu, eius animam è monasterio procedentem, de ducentibus Angelis, in sublime ferri, cœlique beatissima regna conscendere.

Corona fertum recitans quidam coronam auerentem, ac flores Deiparæ offerre visus.
 B. Bernardinus à Feltre pro suggestu publice dicere solebat Fratrem quendam Veronæ in Oratorio Porcanæ ex prouincia S. Antonij, cum ob Coronam Deiparæ recitandam post aram, remotis arbitris secessisset, deprehensum tamen in ea deuotione ab altero fuisse; qui quidem obseruauit, quoties is inter recitandam coronam, Aue Maria pronunciarer, Angelos, qui coram Virgine stabant, auream, quam manu gerebant Coronam, in Regiæ nostræ caput imponere, mox de capite deponere, & ad singulas salutationes Angelicas rursus apponere, alios verò Angelos ad singulas salutationes Angelicas eidem Deiparæ rosam, aut lilium offerre.

Corona fertum super caput gestus Traitor Antonius de Robes non madescit.
 Narrabat idem B. Bernardinus in eadem Prouincia, F. Antonium de Robes, Deiparæ pietati addictissimum, cum vibem Vicentiam abiret aliquando, repentina quidem ac assidua pluuia fuisse deprehensum: cumque nullum quo se reciperet, inueniret locum, vt se à pluuia defenderet, arripit è globulis coronam in capite ponens suo: O Angelorum, inquit, Regina in necessitatibus amicorum patrocinia dignoscuntur; oro te, vt recorderis Clientium: Res dictum mirabilis, ijs vix prolatis verbis, ad urbem vsque progressus est, ne leui quidem pluuie gutta respersus: eius verò socius, qui Eques iter præueterat ad pluiam declinandam, alijsque tanta obstupefacti miraculo gratias Deiparæ egerunt, quæ sui studiosos semper tuetur, ac seruat.

Corona B. Virginis recitare assuetus puer in flumine postea lapsus ab ea liberatus.
 Cum Matrona nobilis illa quidem suos affuefecisset filios ad Coronam flexis genibus, iunctisque manibus singulis diebus, primo quoque mane antequam in ludum literarium abirent, Deiparæ recitandam: accidit quodam die, vt dum iret in Gymnasium quidam ex ijs, è ponte in subiectum caderet flumen: recognita mater non iam ad fluminis aquam, sed ad Deiparæ opem statim accurrit, eique filiorum salutem impense commendauit, ac

salutatione Angelica recitata, præceps concedit ad fluuium: illic reperit multos, qui filium ex aquarum fundo extrahere moliebantur. Verum vix ea peruenerat ad pontero, cum filius aquas supernatans exiit, matrem appellat incolumis: tunc omnes extrahunt puerum, & periculum eripiunt ad matrem adducunt: ea lætabunda Deiparæ acceptum retulit filium, qui insuper affirmavit se ab ea Domina ante cuius Imaginem quotidie primo mane Coronam recitare solebat, à præfenti discrimine liberatum. Ex quo multi ad coronæ pietatem suscipiendam sunt excitati. hæc omnia ex cap. 36, & 37 s. par. Chron. S. Francisci.

COROLLA, IN QVA TER ORATIO DOMINICA, & duodecim saluatio Angelica repetitur.

Septimò, Corolla Virginis, seu parua corona ob memoriam duodecim Virginis privilegiorum, duodecim constat salutationibus angelicis, ter repetita Oratione Dominica in honorem trium diuinarum personarum, à quibus Virgo sanctissima præca teris donata est duodecim illis priuilegijs; quæ per duodecim stellas, quibus redimitur caput mulieris amictæ sole Apocal: 12. significantur: quæ etiam intelligi possunt in 12. panibus, qui reponebantur in mensa propositionis sic enim Bernardus ferm. 4 super Salue Regina: *Ei mensa, inquit, propositionis duodecim panum, qui duodecim sunt prærogatiua gratiarum, in quibus gratia repleta es, & Dominus tecum. Panes certe admodum splendidi, & sapidi.* hæc ille. Disponuntur autem in hunc modum, vt ante quemlibet quaternarium salutationum Angelicarum præmittatur Oratio Dominica, quarum prima in honorem Patris æterni. Secunda, in honorem Filij. Tertia, in honorem Spiritus sancti recitatur. Duodecim porro priuilegia, quæ in hac corolla recoli possunt, recensentur in Appendice Speculi exemplorum nouissimè editi, quorum aliqua ex Bernardo Sermone Signum magnum de prompta sunt. Nos ex Appendice illa hic ad sensum exscripsimus sunt autem hæc,

- Primò, copiosissima gratia in sacratissima Conceptione Virgini collata.
- II. Angelica saluatio.
- III. Spiritus sancti superuentio.
- IV. Filij Dei Conceptio.

V. Vir-

V. Virgo fuit sine macula, & virginitatis primicera.

VI. Sine corruptione fecunda.

VII. Sine grauamine grauida.

VIII. Sine dolore puerpera.

IX. Magnanimitas fidei in credendo.

X. Profunda humilitas in obediendo.

XI. Maxima Verbi discretio in loquendo.

XII. Summa perfectio, & perseverantia operis in agendo

*Quidam
corollam
recitant
ab immi-
nente cado
seruatur.*

16 De hac Corolla pulchrum exemplum narratur, ex Relatione cuiusdam Abbatis in Appendice Speculi exemplorum. Cum enim viri tres quendam peregrinationem instruisserent, die quadam cupidè iter ingressi, ex ijs duo à via aberrantes syluam ingressi in latrones inciderunt, à quibus spoliati, ac interfecti sunt: tertius Corollam hanc quoridè magna animi pietate, & corporis reuerentia solitus sublequebatur, periculi ignarus; sed cum eisdem grassatores offendisset, qui eum pariter necate cupiebant, impetrato tantillo temporis spatio, in quo suam corollam deuotus Virgini offerret, mira res ex templo inter recitandum ei nec videnti, nec scienti astuit vt sol splendens in auro throno, Virgo gloriosa, & cum ea SS. Catharina & Lucia; quarum erat ille ynicè amans, ac studiosus: hic ad singulas orationes Dominicas Rubicunda; ad singulas salutationes Angelicas Candida rosa; ex eius ore prodibat, easque iussu Virginis legens S. Catharina S. Lucie tradebat, quæ eas circulo aureo, filo argenteo colligabat: absoluta corollæ recitatione, Deipara corona illa rosis nimium redolentibus distincta, hominem illum sui per amantem, ac deuotum redimuit, ac statim abcessit. Latrones hæc omnia aspicientes rogant hominem, quænam mulieres illæ essent? respondet is, neminem se vidisse: sed Deiparæ pensum Corollæ exsoluisse: narrat illi, quæ viderant; coronam in eius capite vestigium huius beneficii admirantur: intellexit tandem ille Virginis beneficium, & corona ex capite manibus reuerenter accepta, ingentes gratias egit Virgini. Ea re permotilaciones sua scelesti detestati in viros optimos euaserunt. ille verò seculo relicto, religionem ingressus, se Virgini studiosè, sancteque deuotus hæc abi.

*Alia duo-
decim pri-
uilegiū* Ceterum priuilegia Virginis, quæ supra in hac Corolla enumerauimus, alio modò distingui possunt: ita vt & alia eiusdem Virginis

priuilegia, imo & præcipua vitæ eiusdem mysteria complectamur: ideo subiicienda duodecim capita duodecim, quibus pro cuiusque deuotione hæc eadem Virginis Corolla accommodari possent.

Primum, sit Prædestinatio, qua in matrem Dei ab æterno fuit singulariter electa, ac deinde Patribus promissa, figuris, ac prophetijs mundo manifestata, ac desiderata.

Secundum, Conceptio immaculata, qua ab originali labe fuit præseruata.

Tertium, magna gratiæ plenitudo in Conceptione illi tributa, cum auxilijs specialibus in tota sua vita, ita vt fomitem extinctum semper habuerit, nullumque peccatum, ne veniale quidem ex speciali Dei priuilegio vnquam commiserit.

Quartum, Virginis natiuitas, & præsentatio in Templo, quando trimula sese Deo confecrauit hac actu exteriori: nam si de interiori loquamur, iam inde ab exordio suæ Conceptionis, quando ei vltus rationis est acceleratus, vt supra dixi cap. 32. se totam Deo dicit. In templo etiam alijs innotescere coeperunt præclarissimæ, atq; heroicæ eiusdem virtutes, & in quolibet opere merebatur, vt dixi cap. 31.

Quintum, Annunciatio ab Angelo, quando in eam superuenit Spiritus sanctus, de quo filium Dei ex suis purissimis sanguinibus concepit: factaque est vera Dei Mater, ac deinde visitauit S. Elisabeth.

Sextum, partus eius virgineus, quo Christus sine dolore peperit, eumque lactauit, educauit, & in templo præsentauit, ac duodennem quaerit, & inuenit in Templo, ac perpetuò eum est comitata.

Septimum, virginitas perpetua ante partum, in partu, & post partum, virginumq; fuit Primicera.

Octauum, martyrium cordis, quando doloris gladius in filij passione, cui momentè fortiter astuit, ipsius animam pertransiuit.

Nonum, Gaudia Virginis, in Christi Resurrectione, Ascensione, & Aduentu spiritus sancti.

Decimum, admirabilis Virginis in Coelum Assumptio, vbi non tanto in anima, sed etiam in corpore gloriola residet super omnes Angelorum, & Sanctorum choros incomparabiliter exaltata.

Vndecimum, Regina est Angelorum, & Sanctorum, ac omnium Domina.

Duodecimum, Aduocata est nostra, Mater misericordiae, & Mater cunctorum viuentium.

Offic Eccl. Ad finem Corollae recitari poterit Salus Regina, cum adiuncta Oratione, vel Antiphona: Sancta Maria succurre miseris, iuuu pusillanimes, refoue stobiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto faemineo sexu. sentiant omnes tuum leuamen, quicunq; celebrant tuam sanctam commemorationem.

Oratio pro nobis sancta Dei genitrix. R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

OKEMVS.

Offic Eccl. CONCEDE nos famulos tuos quasumus Domine perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, O gloriosa B. Maria semper Virginis intercessione a presenti liberari crissita, & aeterna perfru laetitia. Per Domini nostrum Iesum Christum, &c.

Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. Fidelium anima per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

MORTIFICATIONES, ET CORPORIS afflictiones in honorem Deiparae.

De obsequijs ad mortificatione spectantibus. SECUNDUM caput eorum, quae ad Virginis sanctissimae obsequium spectant, opera sunt, quae ad proprii corporis mortificationem faciunt; talia uero sunt poenitentiae opera, nimirum.

1. Ieiunium in peruigilijs festorum Virginis, & in die sabbati; qui, ut c. 29. diximus, multis nominibus ab Ecclesia est Deiparae dicatus uerum mox exempla multorum, qui sabbato ieiunabant, & beneficia Deiparae in eisdem afferemus.

Ieiunium uel abstinentia. 2. Ieiunium item, uel a carnibus abstinentia eo die hebdomadae, in quem singulis annis dies annunciationis Virginis, quando uera Dei Mater est effecta, incidit. quod multis est solemne; uel feria tertia, quae Virgini a Constantinopoli; uel feria quarta, quae Virgini a Carmelo est dicata: uel alia die pro cuiusque deuotione.

Bonauentura. 3. Quadragesimam, ciborum abstinentia, uel etiam Ieiunio peragere ante Virginis Assumptionem. S. Franciscus teste S. Bonauentura in eius uita, cap. 9. Quadragesimam in honorem Virginis a festo sanctorum Apo-

lorum Petri, & Pauli ad festum Assumptionis ieiunabat deuotissime: cuius pietatem peridem tempus imitari aliqua ratione possumus, ut si per aliquod impedimentum ieiunare non liceat, liceat saltem in eius honorem aliquam ciborum abstinentiam facere. S. Elisabetha Lusitaniae Regina a festo Natiuitatis S. Iohannis Baptistae ad festum Assumptionis Deiparae pane tantum & aqua ieiunabat auctore Petro Perpiniano orat. i. laudationis in eandem.

4. Ad haec cilicium, uel cingulum cilicium, num subinde gestare.

5. Disciplinae funiculis se ipsum caedere.

6. Vigilijs, & lecto duro corpus suum castigare.

7. Peregrinationem Lauretanam, uel alium virgini dicatum locum suscipere, & similia in honorem Virginis praestare.

8. Nec minus grata erunt Virgini ea, quae ad interiores animi passionum mortificationes faciunt, cuiusmodi est iracundiae, superbiae, ambitionis motus coercere, carnis illecebras fugere, alienos defectus patienter ferre, suos non excusare; in uestibus, & cibis humilitatem, ac paupertatem omni fastu, & luxu remoto sectari, in operibus uilibus, & abiectis se exercere. Cum ordinarijs uero precibus coniungendas esse corporis afflictiones ad beneficia a Deo efficacius impetranda, nemini, qui spirituales res degustauit, dubium esse potest. Refert S. Bonauentura in cap. 3. medit. uita Christi, B. Virginem cuidam personae sibi deuota (quam ipse putat fuisse sanctam Elisabetham) haec uerba dixisse: Filia dico tibi, quod nullam gratiam, donum, uel uirtutem habui a Deo sine magno labore, continua oratione, ardenti desiderio, profunda deuotione, multis lachrimis, & multa afflictione dicendo, cogitando semper placita sibi, sicut sciebam, & poteram, excepta, sanctificationis gratia, qua sanctificata fui in utero matris. Et addidit: Pro firmo scias, quod nulla gratia descendit in animam, nisi per orationem, & corporis afflictionem: haec ibi.

EXEMPLA, QUI IEIUNIUM, uel alia precantia opus propter Deiparam exercebant.

18 Obsequium uero precum, ac ieiunij praesertim die sabbati in Deiparae honorem